



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LXXIII. Privilegium à notario & Vice-Cancellario Apostolico scriptum
cum subscribtione Papæ & aliquorum Cardinalum dicitur informa probanti,
maximè si agatur de re antiqua, & aliæ concurrant ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

aut statuti, possunt Capitula se tueri contra Episcopum, ut etiam firmavit Rotam
de decif. 743. part. 1. divers. num. 1. & 7. donec potest doceri de hujusmodi consuetudine, 27
seu quasi possessione, nihil operatur decretum irritans, cap. 1. & 2. ut lit. pend. Man-
ro. d. decif. 292. num. 7. quia non habet locum nisi quando constat, quod est locus di- 28
positioni principali, in qua est appositum, Pat. decif. 1. num. 1. lib. 1. Rot. in recent. decif.
316. num. 4. par. 1. & decif. 423. num. 5. per. 2.

Quare, cum ex supradictis constet de antiquissima observantia usque ad tem-
pus motæ litis, quod fuerunt electi conjudices, & intervenerunt in cognitione cau-
sarum Capitularium cum Episcopo, istam solam observantiam, & quasi possessio-
nem Capituli, spatio tanti temporis Domini censuerunt suffragari, & sic standum
in decifis utraque parte.

DECISIO LXXIII.

Privilegium à notario & Vice-Cancellario Apostoli-
co scriptum cum subscriptione Papæ & aliquo-
rum Cardinalium dicitur in forma probanti, ma-
ximè si agatur de re antiqua, & aliæ concurrant
præsumptiones & adminicula.

R. P. D. Carillo.

Decif. 191.
par. 8. re-
cons.

Roffanen. Exemptionis.

Veneris 27. Januarii 1640.

S U M M A R I U M.

- 1 Episcopus habet fundatam intentionem super exercitio jurisdictionis in sua diocesi.
- 2 Privilegium Apostolicum quando dicitur authenticum.
- 3 Transumptum ut probet, qua debeant observari in eius extractione.
- 4 Magister Raynaldus erat notarius & Vicecancellarius Innocentii III.
- 3 Notarius & Vicecancellarius potest dare sum.

- sumptum scriptura.
- 6 Scriptura exemplata scilicet temporis antiquitate presumitur cum omnibus requisitis exemplata.
- 7 Scriptura informis adnunciatata probat.
- 8 Scriptura informis si est observata probat absque aliqua recognitione & num. 9.
- 10 Solutiones facta ad formam prelo consentur in executionem facta.
- 11 Observantia subscripta praesumptio praambulo titulo.
- 12 Scriptura informis fides adhibetur currentibus adnunciata & non vana.

Pretendens D. Paulus Amellus de Silvestris Abbas S. Mariae de Patrone privilegiorum Apostolicorum ejusdem Abbatiae Monasterium cum Capellis omnibus, & tenementis nulli esse subjectum, praeterquam S. Sedi Apostolicae iam super hoc in Rota mihi committi obtinuit contra Reverendiss. D. Archiepiscopum Rossanen. asserentem d. monasterium esse situm intra fines suae diocesis & de praesentia exemptione non constare, ac propterea ipsum habere in eo iurisdictionem fundatam super exercitio jurisdictionis. *ex cap. cum persona, 7. in fine de privileg. in 6. & cap. omnes Basilica, 19. quest. 7. quare proposui dubium, an constet de exemptione; & quia informantes pro parte D. Archiepiscopi principaliter negabant privilegium Innocentii III. à quo originem trahit d. exemptio, esse in forma probata placuit Dominis pro nunc respondere d. privilegium esse in forma probata, quod de exemptione particulariter videatur.*

Ratio autem quae movit Dominos ad respondendum pro forma probata sultavit ex ejusdem privilegii oculari inspectione, cum appareat scriptum in pergamento antiquissimo per manus Notarii Apostolici, & contineat diem, mensuram, annum & subscriptionem Papae & quamplurimum Cardinalium, quae requisita omnia conveniunt Authenticae scripturae ad tradita per DD. *in cap. 1. & in cap. cum P. tabellio de fide instrum. Aym. cons. 216. numer. 5. Covar. pract. quest. 20. numer. 3. & seqq.*

Et licet videatur scriptum & subscriptum eodem caractere, ita ut magis requiri debeat transumptum quam originale, & uti transumpto nulla fides ei sit adhibenda, ex quo non constat de matrice, seu scriptura originali, nec fuerit servata forma requisita. *in cap. fin. ubi Abb. & alii DD. de fide instrum. Cagnol. in Auth. si quis in aliquo, numero trigesimo sexto. Alexand. consil. 112. numero primo. lib. 4. Burat. decis. 472. numer. 3. & 4.*

Attamen dixerunt Domini hoc privilegium esse Authenticum etiam quod non sit prima scriptura, quia est nimis antiquum, cum fuerit concessum de Anno 1198. & scriptum à Magistro Raynaldó, qui fuit Notarius & Vicecancellarius

ius Innocentii III. in primo & secundo anno ejus Pontificatus ut testatur Ciacon.
in vita ejusdem Innocentii, tom. primo. fol. 651. & propterea potuit dare sumptum 5
Authenticum, quod habetur æquè originale, ac si esset prima scriptura, ex no-
tatis per Felin. in cap. cum P. tabellio, numer. septimo. de fide instrum. Rota deci-
sione prima. eodem titulo. in nov. Caputag. decisione 170. part. 1. & in recent. decisione
107. numer. 2. part. 2. & stante temporis antiquitate præsumitur exemplatum cum
omnibus suis requisitis, ut notat Menoch. de præsumpt. lib. 2. præf. 80. numer. se- 6
cundo. Caldas ad instrum. empt. & vendit. cap. 55. num. 10. Tiraguell. de præscript. fol. 63.
num. 37. Barbosa qui alios plures refert in dicto cap. cum P. tabellio, num. 3. & 4.

Et quatenus circa hoc esse posset aliqua dubitatio, visa fuit penitus tolli ex
co. quod sumus in privilegio concessio ante 400. Annos, adminiculato ex con-
firmationibus quatuor Summorum Pontificum. Summ. Abb. numer. 2. 3. & 4. ac
observato spatio 200. & ultra Annorum, pro ut probatur ex solutione unius uncie
oblatæ Apostolicæ, & trium cereorum & cannatæ mellis mensæ Archiepi- 7
scopi Roslanen. juxta formam expressam in eodem privilegio de quo in dicto Sum-
mario, numer. primo. & de solutionibus numer. 5. 6. & 7. & idè intrat conclusio
quod scriptura etiam informis probet, quando est adminiculata. Menoch. consil.
928. numer. trigesimo quinto. Verall. decisione 234. part. 1. Seraphin. decisione 1192.
numer. 2. Rota decisione 418. numer. 5. par. 2. recent. & decisione 396. numer. 9. par. 8
5. & ed magis quando est observata, ut tradit Cin. inter Consilia Baldi consil.
400. numer. 5. lib. 4. relat. per Aymon. consil. 101. num. quarto. & consil. 158. num.
1. & in tract. de antiq. temp. part. 1. cap. 4. limit. numer. 14. Rota coram Reverend. D.
meo Decano, decisione 128. numer. 7. inter ejus impressas etiam absque alia recognitio- 9
ne. Socin. consil. 187. col. 4. vers. ad secundum respondeo in 2. vol. Aym. de antiq. temp.
par. 1. num. 316. Put. decis. 196. lib. 1.

Nec existimantur Domini adversari posse ea quæ deducebantur contra solu-
tiones prædictas tam uncie auri, quàm cannatæ mellis & cereorum, nempe
quod quietantiæ solutionum uncie auri nullam mentionem faciant dicti privilegii
Innocentii III. & ita dicendum sit eas factas fuisse in recognitionem directi domini,
quasi quod Abbatis, de qua agitur sit feudum Apostolicum, & quod solutio-
nes cereorum & cannatæ mellis fieri consueverant Ecclesiæ Roslanen. ante conce-
sionem dicti privilegii, ut patet ex ejus lectura, ac propterea ex his nulla refutare
posset observantia, quæ Abbati suffragetur.

Quoniam fuit responsum nullibi apparere quod hæc Abbatis fuerit concessa
in feudum, quinimo in dicto privilegio Innocentii expressè constare, quod solutio
uncie auri fieri debeat Sedi Apostolicæ, ex quo Summus Pontifex specialiter recipie-
bat sub protectione B. Petri d. Abbatia monasterium, Capellas ejusque tenimenta,
& idè solutiones quæ dantur continuatæ, licet mentione non faciant de d. privilegio,
tamen

- tamen dicuntur factæ in ejus executionem. *argum. text. in l. quædam mulier, c. 1. in v. not ff. de rei vindic. Caval. decis. 466. num. 2. & consequenter probant ejusdem privilegii validitatem, & observantiam, quæ præsumitur subsecuta ex præambulo tituli privilegii. Aymon. cons. 10. num. 9. & cons. 10. 8. num. 2. Alciat. de præsumpt. 1. 1. præsumpt. 2. 4. & dixit Rota coram Reverendiss. D. meo Decano, decis. 128. num. 8.*
- Eademque responsio militat & in aliis solutionibus cereorum & cannarum: meli, nam quamvis istæ dici possint factæ jure antiquo, quod competeat Ecclesie Romanæ, ante d. privilegium, nihilominus cum de eis quoque facta fuerit mentio in eodem privilegio, negari non potest, quin saltem admittuntur ejusdem privilegii observantiam, & veritatem, concurrentibus verò administris & observantia, dum fides scripturæ etiam informi ex superius allegatis, & firmavit etiam Rota coram Eminis Bullarum Apostolicarum.
- Et ita decisum utraque. &c.

Ad Quæst. XXV. Additio.

Exemptionem prætendens, an durante lite in possessione suæ exemptionis sit manutenendus, supra part. 1. quæst. 6. declaratum satis est, ubi decisione admodum, distinctionem à D. Auctore allatam comprobantes, quam tamen hoc loco ulterius declarare visum fuit, assertur enim quandoque privilegium restitutum ad certum causarum genus, vel ad certum locum, & possessio universalis, quo cuiusmanque manutentio dari non potest nisi ad terminos privilegii ut in casu Rota decis. 126. par. 4. som. 1. quandoque privilegium generale & possessio turbida vel litigiola, & omnino denegatur manutentio, ex eo quod sit super actu particulari reddit litigiosum tantum jus universale, quoties eadem est causa defensionis in particulari & universalis, ut in decis. 333. par. 13. recent. quandoque verò privilegium integrum datur, & legitime ac quiete possessio, & extra dubium est concedi manutentionem, ut in decis. 330. par. 13. privilegium autem integrum non tantum illud dicitur, quod ex ipsa sui inspectione tale apparet, sed etiam quod mediante tribus sententiis conformibus canonizatum est. Ut fuit dictum in Corduben. decimarum 10. Maii 1635. coram Curia.

